

inferiorū. Et sic ante omnia alia præter materiam primā quatuor creauit elemēta, ex quibus postea quod voluit creauit, diuersas scilicet naturas. Vñ deus suo verbo creauit, quibus dixit: Estote, & facta sunt, scilicet quatuor elementa & alia. Ex hijs ergo quatuor elemētis omnia sunt creata tanq̄ ex radice, cœlum, throni, angeli, stellæ, sol, luna, mare, ac omnia quæ in mari sunt, quæ varia sunt, & non similia, quorum naturas deus diuersas fecit sicut creationes, eo quod ex diuersis creatæ sunt elementis. Nam si ex vno creatę essent elemento, conueniētes haberēt naturas. Sed quia hæc diuersa elementa cum cōmiscuntur suas amittunt naturas, eo quod calidum frigido cōmixtum, nec calidum nec frigidum fit, humidum vero sicco mixtum, nec humidum fit nec siccum. Ideo creaturæ inde exēuntes naturas habent diuersas, Quarum creaturarum quasdam ex vno creauit elemento, et sunt angeli, quos ex solo igne creauit, & ex duobus elementis, scilicet ex igne & aere, creata sunt illa tria scilicet sol, luna, & stellæ. Ideo sunt angelī soli luna & stellis lucidiores, eo quod vno singulari quod est quartum rarius, creati sunt. Sol vero luna & stellæ ex ignis & aeris composito sunt creati, animæ autē (vt dicunt Philosophi) quæ hodie & post quotidie corporib. infundunt nouo in vtero matris, non creant a nouo sed sunt creatę ex